



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias  
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,  
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agr., 1684**

Quaestio 97. An Conservatores jus habeant incarcerandi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

& si aliter diceremus, violaremus multorum ordinum Privilegia, jurisdictionem criminalem in ordinis subditos habentes, uti late ostendit Navarrus *debo conf. 9. de privileg. per tot. Et conf. 23. eod. tit.*

QUESTIO LXXXVII.

An Conservatores Jus habeant incarcerandi.

Incarcerandi potestatem nemo habet, nisi is cui ultra jurisdictionem Imperium competit. *Barb. Et Bald. aut. ei qui C. de bonis aut. judic. poss.*

Ideo que judices delegatos universitatum Rectores, ministerium aut collegiorum praefectos incarcerandi potestatem non habere, uti fusc ex jure docet Prosper Fatinacens, *lib. 1. quest. 27. n. 6. Boer. dec. 213. nu. 24. gloss. Et Bald. l. consentaneum C. quomodo Et quando judex, eleganter Marfilis in pract. §. antiquam nu. 78.*

Quid autem de Conservatoribus censendum sit, paucis hic inquiri, & repeto quod alio in loco ostendi, *de jurisdic. ord. in exempt. lib. 4. quest. 111. nu. 16.* Conservatores recenleri sub categoria majorum judicum, quibus imperium competit, & proinde eis etiam incarcerandi facultas abnegari non potest. Quod restringo, nisi conservatoriale diploma aliud suadeat, ut & nisi casus aliquis occurrat ab hac facultate exemptus, nam tunc si incarcerarent aut manus iniicerent, excommunicationis censuram incurrent, uti in materia Regularium tradunt Doctores, *Card. Sabarella Clem. frequens in pr. nu. 1. vers. 5. Rota de excessib. Pralat. Paulus Fuscus Episcopus Sarmensis in visitatio, lib. 2. cap. 20. num. 20. Paulus de Leasaris cap. si Clericos de sent. excom. in 6. Hieron. a Sarbo Capucinus in addu ad Alphons. a Casarubios de Privileg. Minorum Ordinum, quo fit, ut in similibus casibus sit superioribus Exemptorum relcribendum, Paulus Fuscus cap. 20. num. 20. juxta etiam Bullam Clem. 8. editam anno 1598. septimo Kal. Martii apud dictum Alphonsum descriptum de qua nos quoque aliqua superius scripsimus §. 5. scolio 59. Et seqq. Et §. 6. scholio 74. Et seqq.*

QUESTIO LXXXVIII.

Quid si non incarceraverint, sed incarcerare conati sint.

K k

SUM.